RESCRIPTA
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
PAPÆ PII SEXTI
PRONUNCIATA IN
SIGNATURA GRATIÆ
HABITA

Die 9. Septembris MDCCLXXXIII.



ROMÆ MDCCLXXXIII.

Ex Typographia Rev. Cameræ Apoſtolicæ.

12

AD RELATIONEM
R. P. LAURENTIJ LITTA
CONTENTIOSÆ
MACERATEN. BIBLIOTHECÆ
INTER
Comitem Camillum Compagnoni Marefofchi
ET
Communitatem Maceratæ.

COmpetere hæredi facultatem vendendi Bibliothecam, de qua agitur.

LAURETANA JURISDICTIONIS
INTER
Epifcopum, ac Capitulum
ET
Promotorem Fifcalem Almæ Domus Lauretanæ, Beneficiatos, & Clericos Beneficiatos.

CIrcumfcripta Sententia Secretarii Congregationis Lauretanæ, Caufam fpectare ad Epifcopum, qui procedat jure ordinario, declarando, Congregationem prædictam habere in fpiritualibus tantummodo jurifdictionem quafi Epifcopalem intra fines Territorii S. Cappellæ defignatos in Conftitutione Pauli V., nec non fuper rebus ad eamdem Cappellam, pertinentibus, & in Perfonas Præfatæ Cappellæ addictas in concernentibus eorum minifterium; ita ut in his caufis teneatur Epifcopus procedere jure delegato ad formam Conftitutionis Innocentii XII., in reliquis autem uti poffit fua jurifdictione ordinaria, non obftante Synopfi Benedicti XIV., aliifque Pontificiis Conftitutionibus, Decretis, & Ordinibus in iis partibus, quæ huic noftro refcripto quomodolibet adverfantur.

CORNETANA JURISDICTIONIS

INTER

Tribunal Artis Agrariæ Civitatis Corneti, ac R.P. Annonæ Urbis Præfectum,

ET

Communitatem ac Cives Corneti.

QUoad *Circumscriptionem nihil, attenta sanatione, & ad R.P. Præfectum Annonæ pro exequutione rei judicatæ editæ ad formam Voti Rotalis; ita tamen ut, si oves excedant præfinitum numerum quatuordecim millium, excludat primo exteros, deinde Cives non habitantes, ac tandem cogat Domiciliatos, & Cives habitantes ad diminuendos proportionabiliter eorum greges usque ad quingentas oves pro quolibet, ita ut Participantes non sint plures, quam viginti octo, nec alius admittatur, nisi deficiente aliquo ex jam admissis; declarando, eidem Præfecto competere privativam jurisdictionem in Territorio Cornetano.* QUOAD *damna data;* QUOAD *introductionem, assignationem, & numerum animalium cujuscumque generis;* QUOAD *laboreria, & species seminum;* QUOAD *incisionem lignorum pro foliis, & glandibus ad pastum belluarum;* QUOAD *inclusiones Bobum, & Vaccarum vulgo* Lestre; QUOAD *immissionem ignis in stipulas;* QUOAD *pascua, & herbas;* QUOAD *requisita Participantium, eorumque admissionem; &* QUOAD *cætera omnia directè, vel indirectè spectantia ad artem agrariam ad formam motus proprii Pauli V.: reservata tantummodo Congregationi Boni Regiminis jurisdictione super locationibus herbarum, & pascuorum, a Communitate faciendis.*

GRATIOSA

AVENIONEN.

PRO

Civitate Avenionis.

PRO *gratia extensionis, & ad R.P. Pro-Legatum pro exequutione cum omnibus facultatibus necessariis, & opportunis, quovis recursu, & appellatione remotis.*

AD

AD RELATIONEM

R. P. FRANCISCI CAVALCHINI

CONTENTIOSÆ

FERRARIEN.

REDUCTIONIS LIVELLORUM

Inter Livellarios Montis Bentivoli,

E T

Defensores ejusdem Montis.

PRævia moderatione Appellationis interpositæ ad Plenam Cameram Rmus Cardinalis Pro-Thesaurarius procedat ad exequutionem suæ sententiæ, injuncta tamen eidem speciali facultate, ut non obstante publicatione, & exequutione præfatæ Sententiæ, quatenus Montis Defensores comprobent, Peritos defecisse in æstimatione damnorum, & quatenus errores subsistant, emendet hac in parte suum judicatum, & causam reintegrationis eorum, qui pendente lite expulsi fuerunt, sollicitè definiat, admittendo eosdem Livellarios ad solutionem debiti, quod post peractam liquidationem superesset, in tot æqualibus ratis, quot sunt anni, quibus duratura est locatio favore Marchionis Locatelli.

EADEM SUPER LIBERATIONE A MOLESTIIS

INTER

Marchionem Josephum Locatelli

E T

Defensores Montis Bentivoli.

QUOAD solutiones faciendas pro Nominibus Debitorum cessis servari Appellationem in devolutivo pro rata correspondente ad scuta 94838.; In suspensivo autem pro rata residuali, cum facultate Judici Appellationis suspendendi solutionem etiam pro aliis ratis, quarum realitatem in prosequutione Judicii defecisse sibi constabit; Quo verò ad solutionem annuvi affictus Partes utantur jure suo. RO-

ROMANA
PERTINENTIÆ CAUSÆ
INTER
Tribunal Viarum Urbis, ac litis &c.
ET
Capitulum S. Mariæ ad Martyres, ac litis &c.

PRævia infirmatione decreti Auditoris Signaturæ Justitiæ, causam etiam quoad prætensa jura Capituli spectare ad Præsidem Viarum, qui procedat de voto Rotæ, Ponente R. P. Mannellio, coram quo pendet altera causa inter Capitulum, & adjacentium domorum Possessores.

GRATIOSA
FANEN.
PRO
Marchione Aloysio Zagarelli.

PRO gratia, non obstantibus oppositionibus Communitatis, aliisque quibuscumque; injuncto tamen Oratori onere investiendi ad formam testamenti annua scuta centum quinquaginta, usque ac compleatur multiplicum demandatum, nec non adimplendi alia onera a Josepho Thomassini præscripta.

AD

AD RELATIONEM
R. P. ROBERTI DE ROBERTIS
CONTENTIOSÆ

CÆSENATEN.
TAXÆ PRIVILEGIATÆ
INTER
Clerum Sæcularem, ac Regularem Cæsenæ
ET
Communitatem ejusdem Civitatis.

NIHIL.

CAMERINEN. PRIVILEGII
INTER
Civitatem Camerini
ET
Collegium Scriptorum Archivii Romanæ Curiæ.

JUdicem, de quo agitur, cognoscere non posse in secunda instantia causas civiles, definitas in Curia Laicali Camerini, absque commissione Signaturæ Justitiæ, salvis Juribus Appellantis, & Appellati.

RI-

RIPANA

LOCATIONIS AC APERITIONIS ORIS QUOAD RESTAURATIONEM CATHEDRALIS

INTER

R. P. Episcopum Ripanum

ET

Communitatem ejusdem Civitatis.

Episcopo jus competere repetendi fundos per Communitatem donatos; sed consulendo Ecclesiæ utilitati, & ad præcidendas lites, mandamus, ut Communitas retineat penes se titulo locationis perpetuæ, fundos prædictos cum obligatione persolvendi Episcopo annua scuta sexcentum absque ulla minima detractione, ac persolvendi etiam ex speciali gratia, nunquam in exemplum alleganda, pro unica vice in reparationem Cathedralis Ecclesiæ scuta mille, quæ unanimi Consiliariorum consensu pro instauratione prædicta tradere destinaverat: absolvendo eamdem Communitatem a prætenso augumento Congruæ, & a quavis alia præstatione pro Fabrica ejusdem Ecclesiæ attento assignamento annuorum scutorum centum, alias Episcopo in hanc causam facio.

GRATIOSA

BONONIEN.

PRO

Pio opere Verecundorum Bononiæ, ac Fratribus Sampieri Scappi, & Cavazza.

Pro gratia.